



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ
propositiones, & alia

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 2. Quid est Extrema-Unctio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40817



TRACTATUS SEPTIMUS

DE

SACRAMENTO
EXTREMÆ UNCTIONIS.

CAPUT PRIMUM.

*De Nominis, definitione, institutione,
materia & forma hujus Sacramenti.*

Quæst. 1. **C**UR hoc Sacramentum vocatur Extrema-Uncio?

Catechis.
Conc. Trid.
part. 2^o

Resp. Hoc Sacramentum, ait Catechismus Concilii Tridentini, idcirco Extremam-Uncionem appellatum esse, quod hac omnium Sacrum Vnctionum quas Dominus Salvator noster Ecclesiæ sua commendavit, ultima admiranda sit. Quare hec ipsa Vnctio à Majoribus nostris Sacramentum etiam Vnctionis infirmorum, & Sacramentum exeuntium dicta est: quibus vocabulis fideles in memoriam novissimi illius temporis facile redire possunt.

Quæst. 2. Quid est Extrema-Uncio?

Resp. Est Sacramentum quo Fideles cum infirmi sunt recipiunt remissionem reliquatum peccatorum suorum; gratiam quâ possint patienter ferre labores & incommoda mortali virtutem seu vim, quâ se disponant ad bene moriendum, aut sanitatis restitutionem, si ea

De Sacram. Extr. Vnct. Cap. I. 227
sanitati animæ utilis sit. Hanc definitionem
sequentibus quæstionibus pleniùs explicabimus.

Quæst. 3. Quisnam instituit hoc Sacra-
mentum?

Resp. Christus Dominus noster, qui & cæ-
tera Sacraenta instituit: ut enim ait Conci-
lium Tridentinum: *Instituta est autem Sacra Concil. Tri-
hac Vnctio infirorum, tanquam verè &
propriè Sacramentum novi Testamenti à Chris- dent. sess. 14.
to Domino nostro, apud Marcum quidem De Sacram.
insinutum, per Jacobum autem Apostolum ac Unct. cap. 1.
Domini fratrem, fidelibus commendatum ac
promulgatum: *Infirmatur*, inquit, quis in
vobis inducat Presbyteros Ecclesiarum, & orent
super eum, ungentes eum oleo in nomine Do-
mini; & Oratio fidei salvabit infirmum, &
alleviabit eum Dominus; et si in peccatis sit,
dimittentur ei.*

Quæst. 4. Quænam est materia hujus Sa-
cramenti?

Resp. Eam his verbis definit Concilium Tri-
dentinum. *Intellexit enim Ecclesia materiam Conc. Tri.,
esse oleum ab Episcopo benedictum: Nam ibid.,
Vnctio aptissimè Spiritus-sancti gratiam, quā
invisibiliter anima agrotantis inungitur, re-
presentat.*

Quæst. 5. Specialis benedictio, quā uititur
Ecclesia in hoc oleo infirorum, est-ne de
necessitate hujus Sacramenti?

Resp. Videtur esse de necessitate; ita ut si
Presbyter infirmum periculosè decubentem
ungeret oleo, vel non consecrato, vel per
alium, quam per Episcopum, nullum penitus
esset Sacramentum: & ratio est, quia quando
Concilium Tridentinum definit oleum ab
Episcopo benedictum, esse materiam Sacra-
menti Extremæ-Uncionis, videtur tantum
voluisse loqui, de oleo benedicto in usum